

I. N. D. N. I. C.
DISPUTATIO THEOLOGICA

DE

PECCATO IN SPIRITUMS ANCTUM,

Ejusq; potissimum

FORMALI RATIONE,

QVAM.

In Illustri ad Albim Academia,

PRÆSIDE

VIRO SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO,
NEC NON EXCELLENTISSIMO.

DN. JOHANNNE Deutschmann/

S.S. THEOL. D. & PROFESS: PUBL: CELEBERRI-

MO, Fac: Theol: Decano Spectabili, Electoralium

Alumnorum Ephoro Gravisimo,

DN. Patrono, Fautore, Studiorumq; Suorum Pro-

motore, æviternum colendo,

Publicè ventilandam proponit

STEPHANUS Von Lunen.

Stadensis,

Die 17. Febr. Anno M.DC.LXXVI.

WITTEBERGÆ

LITERIS BORCKARDI ACAD. Typ. Excudebat Simon Lieberhirt,



Handwritten scribbles and marks at the bottom right of the page.

Coll. diss. A
162, 9

54. A. 162 (9)

DISPUTATIO THEOLOGICA

PECORATO IN 211

RITUMSANTISSIMAM

FORMAM RATIONE

IN HOC SENSU

INNO JIMAN RE BAWANO 2 HARSALINO

DN. JOHANNES BENTIGMANN



22 THEOLOGICIS DISPUTATIONIBUS


ALBERTUS MAGNUS DE GRASSIS

DN. PAVLO 4. MAREZ. 2. DISPUTATIONIBUS

STEPHANUS DE S. JIMAN

DE THEOLOGICIS DISPUTATIONIBUS

LITURGIIS SACRIFICII ET ALIIS RITIBUS



QVando tuum, Stephane à Lunen, considero nomen,
 Auguror haud dubitans omen adesse bonum.
 Argutè Stephanus sectas adversus iniquas
 Disputat, instructus Flamini auxiliò,
 Arguit & duræ durum cervicis Apellam,
 Dogmata qui plenò Pneumatis ore negat.
 Tu quoq; dum Stephani pressè vestigia calcas,
 Hujus & ex animò splendida dona precor!
 Si verò Stephani, sic disponente Jehova,
 Te silices maneant, fer patienter onus.
 Sic Stephanum Jovæ donabit dextra Coronâ,
 Victori siquidem pulchra corona datur.

Gratul. Applaudebat
 Abraham Calovius, D.

Spiritus est Sanctus, qui munera cuncta Salutis
 Nobis Terrigenis ferre, referre solet.
Spiritus est Sanctus, qui non removendus ab isto
 Munere, si cupiat quis bona summa Dei.
 O miseros homines! *Sancti blasphemia Flatus*
 Queis placet, hos semper crimina cuncta premunt.
Gratia nulla Dei, meritum, mediumq; nec ullum,
 His prodesse potest, queis scelus hocce placet.

Talia

Talia de Verbo Domini *mysteria* prodis
Egregiis studiis, FAUTOR *amande.* Bonnum!
Hisce piis studiis *benedicet Gratia Coeli,*
Ducet & ad *portum* hæc optima *facta bonum!*

Johannes Deutschmann / D

DUm bellicis tumultibus
Turbatur orbis Saxonum,
Incendiisq; martiis
Ruit decus Germaniæ,
Ecquid ciere prælia
In his quietis sedibus,
Et provocare hostem studes?
Sat litium Germaniæ,
Passimq; turbarum sat est.
Sed erro. Namqve patriæ
Prodesse possunt hæc tuæ
Sapientiæ certamina,
Firmantq; pacem, haut auferunt.
Cœptis, precor, Deus annuat,
Adsitq; certanti bene
Pro veritatis gloriâ:

Et

Et Patriæ sint otia
Secura, quò porro tua,
Præclare miles & impiger!
Hæc feryeant certamina.

Doctissimo DNO RESPONDENTI,
Amico & Commensali suavissimo,
cum optimorum profectuum
in studiis Theologicis peri-
culum publicè faceret,
gratulabatur |

Georgius Green. Hist: P. P.

Ad Præstantissimum, Eruditissimumq; Iuvenem,

DN. STEPHANUM Bon Lunen /

Amicum ac Commensalem meum Honoratissimum,
publicè ex Theologia disputantem.

GLoria nulla venit, quæ non virtute paretur:
Nec virtus, nisi sit parta labore, venit.
Exemplum præstò est: dotes dum prodis, Amice,
Ingenii, solers emicat inde labor.
Gratulor hos ausus. Summus tuæ cœpta secundet,
Ut tandem studium præmia digna ferat.

deprop.

CHRISTIANUS DONATI,

Log. & Met. Prof. P. ERR.

Em

In über irdscher Trieb treibt dein Beginnen/
Du Sternen hoher Geist/
Was keine Welt, Vernunft nicht kan ersinnen
Ist / was du weißlich weißt/
Vernunftig zwar/
Und satzam klar/
Doch nicht durch die Vernunft allein zu lehren.
In Sternens Welt/
Und vnter Welt/
Wird rühmlich sein dein hoher Ruhm zu hören.

Also wolte aus Schuldigkeit ihres
werthgeschätzten Freundes und
Herrn Tischgenossens / rühmliches
Beginnen Glückwünschend beehren.

**Herrn. P. Greens sämtliche
Tischgesellschaft.**

Imbutus studiis, jam prælia docta capessis,
Et palmam lætus victor, amice, refers,
Gratulor, atq; precor, Tua coepta secundet Jöva,
Votaq; successu prosperiore bect.

Amico suo integerrimo

P

JOHANNES Ben Schotingen.

Wer in den bunten Auen der Mufen sichergehet/
Dud allen seinen Fleiß auff freie Künste setzet/
Den nimpt Apollo auff / ja nenne ihn seinen Sohn/
Und schenckt ihm großen Ruhm / als ein verdientes Lohn/
Du

Du hast so/ wehrter Freund! bishero stets die Tugend
 Gehalten/ als ein Preis/ und Lobe deiner Jugend/
 Drumb will selbst Phoebus dich auff nehmen/ als ein Kind/
 Die Pierinnen auch/ so viele ihrer sind,
 Surnehmlich Pallas dich an ihre Brust will legen/
 Und wegen deinen Fleiß fein sanfft und süße hegen;
 Damit dein Müß und Schweiß dir ferner sey ein Lust
 Zu suchen gröhre Ehr/ die vielen unbewußt.
 Forsch ferner/ wehrter Freund/ mit großer Müß vnd Sorgen/
 Was in der Tieffen Gruffe der Künste liege verborgen/
 Und setze deine Fuß Parnassus Spitzen zu/
 So wird vor deinen Fleiß dir gebn Apollo Ruh.

Dieses setze seinen wehrten Freund
 und Stubengesellen schuldigst hinzu

Tobias Schepler.

K Eplerus quondam sibi finxit somnia vana,
 Inesse Lunæ & incolas,
 Quos plerosq; putat stupidos, tractare nec aptos
 Præstantioris ingenî
 Artes. Sed valeat commentum. Tu licet ipse
 Cognomen à Lunâ trahas:
 Non tamen es lævâ, Mi Fautor, mente vocandus,
 Sed acrioris indolis
 Cultorem norunt Te clari Lumina Pindis;
 Id quod tatis jam comprobat
 Hoc specimen. Qvis non applauderet inter amicos?
 Votum proin fundam meum.

Te

Te Coelum servet, nec Lunæ lumina defint,
Ut splendeas plenissimè!

*Eruditissimo Dn. Resp: Conterraneo,
consalino ac amico candidis: in mu-
tue benevolentie signum
app.*

Jacobus Hackmann. Stadenſis.

Si luna alterius, proprio spoliata, coruscat
Lumine, quæ mentis Lux Tibi inesse potest?
Scilicet instabilis solum Tibi Cynthia nomen,
Callidus ingenium Majugena acre dedit.

*Hisce amico suo sincerissimo
gratulabundus gratificari
voluit.*

Eilhardus Pöpken.

Eusebiæ pergas, Sophiaeque, Amice, vacare,
Sanctæque constanti prælia mente geras.
Larga Tibi natae solum mox præmia reddet,
Promeritamque dabunt fata benigna togam.

*Præ; ex. Dn. Respondenti hisce
gratulari voluit.*

**Johannes Himmelreich,
Buxtehudenſis**



IN NOMINE JESU !

DISPUTATIO THEOLOGICA DE PECCATO IN SPI- RITUM SANCTUM.

Proœmium.

Spiritus Sanctus Supremus Ecclesiæ totius Ephorus, fidelium Christianorum Patronus, bonorum operum hodegus, & malorum operum medicus est. Ipse pharmacopolium nobis in divinis literis propouit, & omnis generis pharmaca venum exposuit, ut ea nobis in salutem animarum nostrarum comparemus, & sine auro, vel argento, vel alio quovis precio, remedia peccatorum fidacialiter applicemus. Nam, juxta Bernbard. serm. 86. in Cant. In Verbo sunt omnia: ibi remedium vulnerum, ibi subsidia necessitatum, ibi resarcitus defectuum: ibi profectuum copia, ibi denique quicquid vel accipere, vel habere, hominibus expedit, quicquid decet, quicquid oportet: vel juxta B Brentium in c. 8. Amos: Verbum Dei in fame est cibus, in siti potus, in paupertate divitia, in infirmitate sanitas, in ignominia gloria, in luctu gaudium, in desperatione spes, in adversis consolatio, in morte vita, in peccatis justitia, adeoque in inferno calum. Verbum DEI, juxta Macar. hom. 26. est celeste pharmacum, quod curativum est, & antidotum animæ, cujus beneficio interire possumus venenosas bestias immundorum Spirituum. Hæc, & alia mala mystica peccatorum solus Spiritus Sanctus per efficacissima & saluberrima Verbi revelati pharmaca sanare potest, cum mundus nihil aliud sit, quam magnum aliquod Nosocomium, cujus incolas insanabilia vulnera, incurabilia morborum spiritualium genera vehementer affligunt. In his medendis Spiritus Sanctus optimus chirurgus, probatissimus Medicus est. Ipse morbos omnes, & ipsorum causas, atque cuncta nutrimenta novit intime, dum omniscius est: Ipse morbos universos curare, vulnera cuncta sanare valet, dum omnipotens est: ipse miseris peccatoribus, spiritualiter

A agrotan-

agrorantibus emplastra remedium efficaciter applicare vult,
 dum omnimisericors est. O nos felices peccatores, si consilia medica
 Spiritus audiverimus, ejus subsidia salutaria libenter admiseri-
 mus, & remedia saluberrima fideliter adhibuerimus. Sed ô pecca-
 tores infelices, qui Medicum hunc Optimum & Maximum conte-
 mnunt, neq; scholas ejus medicas visitare, nec pharmaca tum præser-
 vantia, tum conservantia, tum corrigentia, tum confortantia, suis
 morbis applicare volunt. Morbus peccati prorsus desperatus est
 in peccatoribus excecatis & induratis: in primis autem apud Pecca-
 tores in Spiritum Sanctum gravissimum peccati malum omnem me-
 dicinam respuit, dum ipsum peccatorum Medicum Spiritum San-
 ctum vilipendit, & damnabili supercilio contemnit. Et certe
 Peccatum hoc in Spiritum Sanctum omnium peccatorum gravissi-
 mum & atrocissimum est. Hoc igitur accurato scrutinio cogno-
 scere debemus, ut idem accurato studio fugere possimus. Nunc
 occasione data paulo curatius in naturam hujus peccati juxta ver-
 bi DEI præscriptum inquiramus, & Dissertatione Theologica po-
 tissimum ejus causas expendemus, ut, causis cognitis, quid de Pec-
 cato in Spiritum Sanctum sit statuendum, judicare possimus. Ipse
 Spiritus Sanctus, Spiritus veritatis & cognitionis, librum celestis ve-
 ritatis aperiat, arcana divinæ revelationis de hoc peccato in Spiritum
 Sanctum nobis patefaciat, omnes difficultates in hac intricatissima
 materia splendore gratiosæ lucis expediat, omnes peregrinas cogitati-
 ones removeat, devias aberrationes impediatur, in via recta nos ductu
 salutari custodiat, & veritate simplici mentes & linguas nostras adim-
 pleat; per & propter Christum Jesum, Redemptorem & Salvatorem
 Nostrum!

i. In ardua, vel difficili materia qui facilem sibi progres-
 sum pollicentur, ἐυμεθόδως ut procedant, necessum est. Ordine
 pervenies, quo non datur ire labore. Multum & lucis, & commo-
 ditatis ordo præ se fert, viam igitur veritatis ostendere, gressusq;
 veritatis commode dirigere potest, ut viator ad veritatis exopta-
 tam metâ penetrare queat. Difficilis hæc est materia, quâ Peccatum
 in Spiritum Sanctum exponendam offert: non igitur confuse, ve-
 rum

rùm ordine procedendum erit, quo difficultatis obstacula remove-
re commodè queamus.

2. Ad duo verò potissimum in hac ardua materia respicien-
dum esse, non absq; causa judicamus: (I) *Ad doctrinam de Peccato in
Spiritu Sanctum Fontes.* (II) *Ad doctrinam de peccato in Spiritum
Sanctum classes*, ut illis, tanquam immoris principis, nitamur, his,
tanquam principiatu, ad planiorem & pleniorum hujus peccati
cognitionem utamur, quia *doctrinae fontes* doctrinalibus *classibus*,
tanquam *authentica fundamenta*, subternuntur, & *doctrinae
classes* super his *fundamentis* exstruuntur, vel etiam ex ipsis *fonti-
bus* instar *rivulorum* deducuntur, ut mentes nostras cognitione
veritatis irrigare queant.

3. Hujus *doctrinae fontes* alii quidem sunt *primitivi*, alii sunt
derivati, illi canonici, hi a canonici, illi divini, hi Ecclesiastici, illi
authentici, hi apographi, illi certi, & indubitati, hi sunt incerti
& dubii, illi propriè sunt fontes, hi magis canales, quam fontes, cum
illi purissime fluant, hi multum impuritatibus sæpius admittant.

4. In fontibus hujus *doctrinae* certis inquirendis, ad solam
scripturam sacram, tanquam unicum & amplissimum *veritatis &
divinae revelationis mare*, nos convertere, vel meditationibus no-
stris respicere possumus & debemus, quia peccati cujusvis *magni-
tudinem & turpitudinem* homo penetrare non valet. Deus est,
qui deformitatis & turpitudinis abyssum nobis in verbo suo pa-
refecit: & sic omnino *fontes de peccato in Spiritum sanctum doctri-
nales* non alibi, quam in *verbo divinae revelationis* indagare licet.

5. *Fontes autem Peccati in Spiritum Sanctum* potissimum
in *Novo Testamento* reperiuntur, nim. *Matt. XII. 30. seq. Marc. III. 31.
Luc. XII. 10. Heb. VI. 4. seq. c. X. 26. 1. Job. V. 16.* ad quæ pariter a-
lia loca, tum ex *Veteri*, tum ex *Novo Testamento*, juxta nonnullos,
referuntur. De *Fontibus* istis plenius alibi *Disput. pecul. tracta-
tionem* instituiimus.

6. *Classes Doctrinae* quod concernit, illæ sunt vel *primariae*,
vel *secundariae*; illæ concernunt capita doctrinae primaria, hæc se-
cundaria, vel prorsus accidentalia: cum res una diversimode con-
siderari, vel etiam rebus variis comparari possit.

7. *Primariae classes doctrinae de Peccato in Spiritum Sanctum potissimum tres constituendae veniunt, nim. I. De Peccato in Spiritum Sanctum Natura, vel Essentia. II. De Peccato in Spiritum Sanctum Attributis, vel proprietatibus. III. De Peccato in Spiritum Sanctum Effectibus.*

8. *Natura, vel Essentia Peccati in Spiritum Sanctum potissimum ex causis cognoscitur: hinc agendum erit partim de Causis internis. Forma videlicet & Materia, partim de Causis externis, Efficiente nimirum, & Fine. Sed de Causis omnibus brevi quadam tractatione, quoad hoc atrocissimum peccatum, negotium expedire minime poterimus: nunc igitur de Forma potissimum erimus solliciti.*

9. *Formam hanc Peccati in Spiritum S. quod concernit, de illa non immerito quaeritur, Num ea detur? cum certum sit, quod forma sit rerum positivarum, non negativarum, Entis, non vero Entis aberrationum, rerum naturalium, non praeternaturalium, effectuum, non defectuum &c: quia ratione dicimus, quod h. l. detur forma non φυσική, nec μεταφυσική, sed παραφυσική, non ἀκριβῶς accepta, sed παχυλῶς spectata, non proprie, sed analogicè dicta, cum verba secundum substratam materiam sint intelligenda, quia talis est peccati in Spiritum Sanctum forma, qualis est peccati in Spiritum Sanctum natura.*

10. *Nec illa quaestio negligenda, quae pariter à nonnullis movetur, Num videl. forma peccati in Spiritum Sanctum in sacris literis notata, vel revelata sit, & potissimum à Christo, vel Apostolis tradita? Nō enim de sunt, qui cū P. Canisio in Catech. publice scribere non erubescunt, nec formam peccati in Spiritum Sanctum in Sacris literis traditam, nec à Christo notatam esse. Verū contrariū apparet tū ex emphaticis titulis, quia dicitur ἡ τὴν πνεύματος βλασφημία Matt. XII. 30. τὸ ἔπος κατὰ τὸ πνεύματος ἁγίου. 31. βλασφημία εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον Marc. III. 29. βλασφημία εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα Luc. XII. 10. αἰμαρτία πρὸς θάνατον I. Job. V. 16. &c: nomina verò sunt rerum symbola, nec sine forma res significare possunt, cum primis autem verborum emphasis ad formas respicere consuevit: tum ex accurata eis eloquiis: nam si quis oracula de Peccato in Spiritum Sanctum*
fixis

fixis oculis adspexerit, eaq; paulo rectius introspexerit, & accuratius evolverit, præter alia certe *formam* in ijs deprehendere poterit, quemadmodum in oraculorum illorum evolutione luculentè alibi notavimus: tum *ex hujus peccati causis reliquis*, quia reliquæ causæ sunt in locis classicis adductæ, non igitur *forma* prorsus omiſſa fuit, cum *materia* potissimum *formam* respiciat, & ab eadem dependeat, *efficiens* ad *formam* contendat, & *ſuis* non nisi post *formam* productam acquiescat: tum *ex proprijs hujus peccati requisitis*, vel *proprijs adjunctis*, quæ citra dubium in locis fundamentalibus allegata, vel explicata sunt: tales autem *proprietates* ex *forma* promanant, *formam* ante se, ceu fontem & originem, postulant, & in omni suo statu, vel respectu, potissimum cum *forma* communicant. Et quæ sunt alia, quæ nunc urgeri possent. Interim facilè largimur, quod totidem verbis à Christo dictum non sit, nec alibi notatum in Sacris literis legatur, nim. explicitis verbis, in quo *forma peccati in Spiritum Sanctum* consistat, vel hoc, aut illud, peccati in Spiritum Sanctum *formam* esse. Dist. igitur inter illud, quod *materialiter*, & quoad *internum sensum* allegatur, & inter illud, quod *verbaliter*, & quoad *externum sonum* notatur: *priori*, non *posteriori* modo *forma peccati in Spiritum S.* in sacris literis exposita perhibetur.

II. Hinc etiam facilè colligitur, quid de illa *questione* sit habendum, Num *forma peccati in Spiritum Sanctum* èν αἰῶνι *questi*, per unum, certum, atq; singularem sive terminum, sive conceptum *revelata* sit? Nam cum potius *materialiter*, quam *formaliter*, potius *realiter*, quam *verbaliter*, de *forma peccati in Spiritum Sanctum* in oraculis authenticis & classicis agatur, non nisi sub certis quibusdam vel *nominibus*, vel *symbolis*, vel *involueris*, *formam* esse traditam reperimus, quod vel ex eo probatur (1) quia peccatum in Spiritum Sanctum *monstrum monstrorum* est, & reliqua peccata plurima sua gravitate, vel atrocitate, sua magnitudine, vel ingredientium, sive constituentium multitudine, superat: adeoq; nec unico conceptu intelligitur, nec unico respectu constituitur, nec unico verbo exprimitur. (2) quia natura peccati in Spiritum Sanctum in *συνδρομῶν* variorum *requisitorum*, vel *actuum*
essentia

essentialium consistit, qui certe non adeo facile possunt ad unum aliquem formalem statum, vel ad unum aliquod nomen revocari, cum primis, quia neutiquam unam essentiam in scopis illis peccatorum disolutis, vel minus coherentibus, invenire possumus. (3) quia, si deficiat unus actus formalis, neutiquam proprie peccatum in Spiritum Sanctum appellari debet, vel potest, sicut, nec de Petri abnegatione, nec de Pauli oppugnatione Christi, vel doctrina, seu notitie ejus, dici potest, quod peccatum in Spiritum Sanctum habeat in his locum. (4) quia tales actus dicuntur essentialis, ad essentiam igitur, vel etiam formam essentialem communiter referuntur. Hinc recte scribit B. D. Feurborn. tract. de peccat. in Spir. S. c. 17. p. 262. quod velit in hoc capite tractationem instituere de Explicatione & demonstratione, quod ὁμοδομή, & concursus essentialium requisitorum sit de formalisatione peccati in Spiritum Sanctum, ita quidem, ut si ad minimum ab aliquo peccato absit unum istorum requisitorum, illud non sit peccatum in Spiritum Sanctum. Item quod indistincto vinculo, & nunquam distingvenda, segregandaq; copula recensita requisita pertineant ad rationem & quidditatem hujus peccati. Item p. 266. Dixi, hec quatuor requisita esse non ἐπὶ τῶν δῶς, sed ἑστῶν in hoc peccato. Jam verò vel Philosophi fatentur, quod forma essentialis consistat ἐν τῷ ἀτόμῳ καὶ ἀδιαπέτῳ, & quod essentia sit indivisibilis. Unde & Scalig. Exerc. 106. s. 2. ait: Quod imperfectum est, in nulla specie vel reponitur, vel existit. Cuiusq; enim rei essentia est indivisibilis. Essentia verò sola perfectio est: adeoq; Exerc. 101. s. 15. ait: Sane formam qui majorem, aut minorem dicet, abuteretur patientia sapientum. Unde ita colligo: Omnis forma essentialis, ut talis, est indivisibilis. At concursus quatuor istorum requisitorum est forma essentialis peccati in Spiritum Sanctum: Ergo. Quam primum itaq; diffringis, vel non in aliquo peccato reperis istam ὁμοδομήν statim certò scies, istud peccatum, quod istius ὁμοδομήs ex parte est, non esse peccatum in Spiritum Sanctum. Id quod erat demonstrandum. Conf. p. 219. Hos autem actus quatuor essentialis) dicit (1) Certam, sufficientem & evidentem divinæ veritatis, seu celestis doctrinæ cognitionem & intellectum. (2)

Certo

Certo, sufficienterq; & evidenter agnita veritatis hujus celestis malitiosam, voluntariam, & destinato consilio factam abnegationem & rejectionem. (3) Hostilem & pervicacem agnita & abnegata veritatis celestis oppugnationem. (4) agnita, abnegata & oppugnata veritatis divina voluntariam blasphemationem.

12. Deniq; non frustra disquiritur, *An forma Peccati in Spiritum Sanctum à nobis cognoscenda sit, & actu cognoscatur?* Prius omnino certum, tum quia propterea revelatum à Deo peccatum in Spiritum Sanctum, ut hominibus ad cognoscendum proponeretur, cum divina revelatio tendat, vel respiciat ad hominis cognitionem; tum quia peccatum in Spiritum Sanctum cane pejus & angve fugiendum, tanquam omnium peccatorum atrocissimum; si verò homo non cognoscere deberet, vel posset, hoc peccatum, quomodo facilius hoc ingens fugere posset: accurata fuga si non accuratam, tamen ad minimum aliquam præsupponit notitiam; tum quia Christus propterea tam evidenter blasphemiam Spiritus inculcat, ut *Pbarisai, Scribe*, vel cum his etiam alii tantum flagitium cognoscerent, & summo studio fugerent; tum quia Spiritus Sanctus tam frequenter apud diversos *Evangelistas* hoc ingens peccatum introducere voluit, ut homines inde cognitionis necessitatem colligerent; tum quia juxta *Heb. VI. 4. seq.* hoc peccatum vel maxime dicitur circa notitiam veritatis versari, vel etiam prævaricari. Posterius quod concernit, *dist.* inter *ius & factum*: de jure peccatum in Spiritum Sanctum omnino cognoscendum, licet de facto non ab omnibus cognoscatur. *Dist.* inter *subjecta*, quia homines alii sunt *fideles*, alii *infideles*: *fideles* verbi scrutatores, sive sint *auditores*, sive *Doctores*, diligenter hujus peccati naturam explorant, sed *infideles*, vel ex *negligentia*, vel ex *socordia*, vel ex *malitia*, sæpius peccatum hoc cognoscere nolunt. *Dist.* inter *simpliciter esse*, & inter *bene esse doctrina*, vel *fidei*: cognitio peccati in Spiritum Sanctum non ad *simpliciter esse doctrina*, seu *fidei* salutiferæ pertinet, ad ejus tamen *esse bene* non incommode refertur.

13. Ut autem propius ad causam præsentem accedamus, & in *formã genuinã*, vel hujus peccati *formalem rationem* accuratius in-

quira-

403
quæramus, consveta methodo procedere constituimus, nim. (1) ἀρνητικῶς, vel *negative*, per *remotionem*, quæ *formaliter* peccatum in Spiritum Sanctum non inferunt, nec ejus *naturam* absol-
vunt. (2) θετικῶς, vel *positive*, per *introductionem* eorum, quæ,
juxta scripturam, peccatum in Spiritum Sanctum *formaliter* infer-
re, vel absolvere perhibentur.

14. Quod igitur attinet *alienas*, vel etiam *contrarias* circa
formalem hujus peccati *rationem* *opiniones*, nonnullas eorum, &
quidē præcipuas adducemus. Dicimus ea propter, quod *formalis* ra-
tio peccati in Spiritum Sanctum non consistat (1) in peccati *dire-*
cta, quæ vel per se, vel propter se, talis est, *complacencia*, quæ senten-
tia *Magistri sententiarum* est, qui dist. 43. lib. 2. lent. scribit, quod ille
peccet in Spiritum Sanctum, cui malitia propter se placet. Verum
hoc ratione (1) omnes homines essent peccatores in Spiritum Sanctum,
cū omnib9 hominibus, ex corruptione naturæ, per, vel propter se
malitia, sive peccatum placeat, siquidem omne figmentum cordis
humani tantum malum est ab adolescentia & omni tempore *Gen.*
VI. 5. II. 21. nihilq; magis *naturale* dicitur carni corruptæ, quam
peccare; nam τὸ peccare corruptæ naturæ dicitur ἐνβύμημα l. d. i-
dem ejus φρόνημα *Rom. II. 7.* ejus ἐπιθυμία *Gal. V. 17.* ejus ἐνεργημα
Job. III. 6. quia quicquid ex carne natum est, caro est, carnalia sa-
pit, carnalia cupit, carnalia capit, carnalia facit. (2) Peccatum in
Spiritum Sanctum daretur etiam sine Spiritum Sancto, quod naturæ
hujus peccati contrariatur, siquidē ἡ τῶ πνεύματος βλασφημία
dicitur & est, & insuper dicto clarissimo *Heb. VI. 7.* luculenter adver-
satur: nam malitia per se nobis placet, ex instinctu *Spiritus maligni*
sine *Spiritus Sancti* *notitia*, vel *præsencia*, vel *gratia*, solum ex mala
naturæ conditione, vel corruptione. (3) Peccatum in Spiritum
Sanctum daretur etiam *extra veram Ecclesiam*, quod itidem oracu-
lis *biblicis* contrarium est, nec *requisitis essentialibus* hujus peccati
consentaneum.

15. (II) Neq; consistit in τῶ peccare ex certa malitia, quam
sententiam *Thomas* in 2. 2. quæst. 14. art. 1. suam facere videtur, ubi
hanc *conclusionem* proponit; Peccare in Spiritum Sanctum dicitur
non

non

non modo qui quippiam blasphemum dicit contra tres divinas personas, vel contra tertiam personam Trinitatis, vel qui usq; ad mortem in mortali peccato perseverat: sed etiam qui peccat ex certa malitia, colligendo malum, seu impediendo, & à se repellendo, quæcumq; illum à peccato retrahere possunt. Hanc conclusionem ex Lombardi verbis deducit hoc modo: Magister dist. 43. secundæ lib. sent. dicit, quod ille peccet in Spiritum Sanctum, cui malitia propter se placet. Hoc autem est peccare ex certa malitia. Ergo idem videtur esse peccatum ex certa malitia, quod peccatum in Spiritum Sanctum. Ut autem suam Conclusionem Thomas probatam reddat, primum diversas Patrum sententias introducit, postea conclusionem ipsam confirmatam producit. Dicendum scribit, quod de peccato, seu blasphemia in Spiritum S. tripliciter aliqui loquuntur. Antiqui enim Doctores scil. Athanas. Hilar. Ambros. Hieron. & Chrysost. dicunt esse peccatum in Sp. S. quando ad literam aliquid blasphemum dicitur contra Spiritum S. sive Spiritus S. accipiatur, secundum quod est nomen essentiale conveniens toti Trinitati: cuius quælibet persona & Spiritus est, & Sanctus est: sive prout est nomen personale unius in Trinitate persone. Et secundum hoc distinguitur Matt. 12. blasphemia in Spir. S. contra blasphemiam in Filium hominis. Christus enim operatur quædam humanitus, comedendo, bibendo, & alia huiusmodi faciendo, & quædam divinitus, scil. Demones ejiciendo, mortuos suscitando, & alia huiusmodi, quæ quidem agebat, & per virtutem propria divinitatis, & per operationem Spiritus Sancti, quo secundum humanitatem erat repletus. Judæi autem primò quidem dixerant blasphemiam in filium hominis, cum dicebant eum voracem, potatorem vini, & publicanorum amatorem, ut habetur Matt. 11. Postmodum autem blasphemaverunt in Spiritum S. dum opera, quæ ipse operabatur virtute propria divinitatis, & per operationem Spiritus S. attribuebant Principi Dæmoniorum. Et propter hoc dicuntur in Spiritum S. blasphemasse. August. autem in lib. de Verb. Dom. Serm. 11. blasphemiam, vel peccatum in Sp. S. dicit esse finalem impenitentiam, quando scil. aliquis perseverat in peccato mortali usq; ad mortem. Quod quidem non solum verbo oris fit, sed etiam verbo cordis & operis, non u-

B

no,

no, sed multis. Hoc autem verbum sic acceptum dicitur esse contra Spiritum S. quia est contra remissionem peccatorum, quae fit per Spiritum S. qui est charitas & Patris, & Filii. Nec hoc Dominus dicit Judaeis, quasi ipsi peccarent in Spiritum S. Nondum autem erant finaliter impenitentes. Sed admonuit eos, ne taliter loquentes ad hoc pervenirent, quod in Spiritum S. peccarent. Et sic intelligendum est, quod dicitur Marc. 3. postquam dixerat: Qui autem blasphemaverit in Spiritum S. &c. Subjungit Evangelista: Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet. Alij vero aliter accipiunt, dicentes peccatum, vel blasphemiam in Sp. S. esse, quando aliquis peccat contra appropriatum bonum Spiritus S. Sic enim Spiritui Sancto appropriatur bonitas, sicut & Patri appropriatur Potentia, & Filio sapientia. Unde peccatum in Patrem dicunt esse, quando peccatur ex infirmitate: peccatum autem in Filium, quando peccatur ex ignorantia: peccatum autem in Sp. S. quando peccatur ex certa malitia, id est, ex ipsa electione mali, quod quidem contingit dupliciter: Uno modo ex inclinatione habitus vitiosi, qui malitia dicitur: & sic non est idem peccare ex malitia, quod peccare in Spiritum S. Alio modo contingit ex eo, quod per contemptum abjicitur & removetur id, quod electionem peccati poterat impedire: sicut spes per desperationem, & timor per presumptionem, & quaedam alia hujusmodi. Hac autem omnia, quae peccati electionem impediunt, sunt effectus Spiritus Sancti in nobis. Et ideo sic ex malitia peccare est peccare in Spiritum S. Vid. ibi plura, & quomodo dubia, contra hanc sententiam, quod peccatum in Spiritum Sanctum sit peccatum ex certa malitia, resolvere conatur. Verum in omni pariter peccato talis contemptus Spiritus Sancti, vel etiam Dei reperitur. Non autem omne peccatum est peccatum in Spiritum S. specialiter ita dictum. Sic etiam Apostasia removet omnia, quae peccatorum electionem impedire poterant, idem etiam praestant alia graviora peccata, quae tamen propterea non statim peccatum in Spiritum Sanctum fiunt. Praeterea mortalia peccata Spiritum Sanctum excutiunt, & ea, quae peccatorum electionem impediunt, juxta se minime ferunt, inter peccata mortalia tamen, & inter peccatum in Spiritum Sanctum, maximum dicitur

dicitur esse discrimen. Notandum hic etiam illud, quod peccatum in Spiritum Sanctum potius dicatur esse peccatum doctrine, quam vite, potius contra veritatem, quam contra pietatem, militare deprehendatur, adeoque magis in salutarem yvōσiv, quam christianam praxin, peccare videatur. Hæc & alia multa circa Thomæ conclusionem notari possent, nisi de aliis quoque dicendum esset opinionibus.

16. (III) Neque consistit peccatum in Spiritum Sanctum in violatione canonum, vel etiam Statutorum Ecclesiasticorum, prout multi Papistarum fingunt ex c. Violatores 25. 41. Blasphemare Spiritum Sanctum non incongrue videntur, qui contra sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter aliquid, aut proterve agunt, aut loqui presumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim presumptio manifeste unum genus est blasphemiarum in Spiritum Sanctum. c. Si Romanorum dist. 19. Inter Canones unum B. Leovis capitulum constat esse permixtum, quo ita omnia decretalia constituta a sedis Apostolice custodiri mundantur, ut si quis in illa commiserit, noverit, sibi veniam denegari. Hoc ibidem aliquoties repetitur, adeoque sic innuitur, tale peccatum esse prorsus irremissibile, consequenter etiam peccatum in Spiritum Sanctum, cum hoc sit unicum peccatum, quod juxta scripturam irremissibile dicitur. Canisius etiam in Cateches. p. 220. citat verba Damasi Papæ non tantum, sed eadem etiam approbat: Blasphemant Spiritum Sanctum & illi, qui contra sanctos Patrum Canones, Spiritus Sancti instinctu dictatos, libenter aliquid, aut proterve agunt, aut loqui presumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Eadem verba Damasi Cardinalis Hosius urget t. 1. p. 525. ubi Brentium alloquens scribit: Vis scire, quantum sit hoc peccatum (nim. intermissio Charismatis in usu baptisimi) Quem tibi potissimum proferemus, cujus testimonium aliquod apud te pondus auctoritatis habeat? Cupiebas non ita pridem dari tibi Damasum. Vis autem hunc tibi demus? Audi, quid ille scribat ad Aurelium, Carthaginensem Episcopum: Violatores Canonum voluntarii graviter à Sanctis patribus judicantur, & à Spiritu Sancto, cujus instinctu & dono dictati sunt, damnantur; quoniam blasphemare Spiritum S. non incongrue videntur, qui contra eos-

Dem Sanctos Canones non necessitate compulsi, sed libenter aliquid, aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus, sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifeste unum genus est blasphemiarum in Spiritum S. *Audisne, quantum hic facinus esse iudicet, non Chrismatis usum omittere, quod urgente necessitate sine crimine fieri potest, sed proterve contra Canones Ecclesiasticos venire.* Et p. 637. scribit, recte dici in Spiritum S. peccare, & eum blasphemare, quæ sunt nobis à Sanctis Patribus tradita, contemnendo violare. Verum traditiones Ecclesiasticæ non sunt necessitatis, sed libertatis, quatenus nim. à Patribus, vel hominibus profectæ sunt, nullum igitur, peccatum in Spiritum S. adversus eas committi potest: accedit huc, quod nec in praxi contra leges divinas directe, vel immediate, peccatum in Spiritum S. committatur, cum hoc peccatum sit γνώσεως, non πράξεως, ἀληθείας non εὐσεβείας, multo minus igitur in praxi contra constitutiones Ecclesiasticas, vel traditiones Patrum, peccatum in Spiritum S. committi poterit. Deniq; *Chrisma Papisticum* merum est *Antichristi* figmentum, quatenus in *Ecclesia Papistica* modò reperitur, nec in S. L. obtinet fundamentum, adeoq; frustra tantum in eius omissione facinus *Papicolæ* comminiscuntur.

17. (IV) Neq; consistit in contemptu verbi interni, quod fingit *Weigel.* part. 1. *pastill.* p. 191. Das ist nun/ inquit, eine grosse hinderuß im Reich Gottes/ also vernichten / verachten das innere gehör/ das innere Wort/ welches das zeugnüß Jesu/ die Salbung/ das Zeugnüß des Geistes/ Ich sage es sey eine Sünde/ welche weder hie / noch in jener Welt könne vergeben werden. Et p. 195. Sie wollen glat gnüge haben an den eüßern gehör/ an den Buchstäbischen Erkennüß / der Schrift ohne den Geist Christi / verleugnen den Geist das innere Wort/ Sündign fast alle wider die Dritte Person der Trinität/ wider den Heiligen Geist. Verum (1) *internum* ejusmodi *verbum*, quod *Weigelius* fingit, vere *fanaticum* & *Enthusiasticum*, atq; *phantasticum* est, nec ullum in Sacris literis obtinet fundamentum, adeoq; merum est hominum otiosorum commentum: (2) hæc sententia prorsus ἀγραφος est, cum in nullo classicorum locorum illa vel expressis verbis dicatur, vel impli.

implicitis argumentis contineatur. (3) Hic *contemptus interni verbi*, vel etiam *auditus interni*, generalis nimis est, adeoq; neutriquam ad *formam* hujus *specialis peccati* referri potest, vel debet, cum certum sit, quod ejusmodi contemptus non tantum apud homines *impios*, sed apud *pios* etiam saepius inveniatur. (4) Certum est, quod nullus *fidelium* certo vel affirmare possit, vel debeat, se *monitum*, vel *ductum internum* semper, & in omnibus secutum esse, quod certe quotidiana peccata, hominum etiam *fidelium* infirmitates, & alia minime concedunt. (5) Nititur *hypothese* *falsis* haec *Weigelij* sententia, quasi nim. sit aliud *verbum internum*, aliud *verbum externum*, quod *literalis scripturae sensus* cum *spirituali* nihil habeat confortij, quod *externus auditus* nihil faciat ad *internum*, vel etiam ad *internam Spiritus unctionem*, aut ad *fidei generationem* &c: quales *hypotheses* & cum *scriptura*, & cum *salutis aeternae*, & cum *fidei analogia* &c: pugnare dicuntur.

18. (V) Neq; consistit in *essentialis inhabitationis DEI* *negatione*, vel *rejectione*, sicut idem fingit *Weigel*. dial. de *Christianism*. p. 16. Wer dieses verwirfft / das der Mensch anders nicht / denn durch die Wesentliche Einnehmung Gottes / könne gerecht und selig werden) der verwirfft auch den Geist Gottes / und thut eine solche Sünde / welche ihm nicht kan vergeben werden / er sey / wer er wolle. Denn der Sohn Gottes hat selbst solche Dinge geredet / und seine Rede ist der Heilige Geist p. 79. du sagest / auß Gott gelehret werden durch die Salbung / sey Schwenckfeldisch / Mönchisch &c: die Tödtung und Creuzigung des Fleisches nennest du Mönchisch und Wieder Täuferisch / die Einnehmung Gottes in Menschen / heissestu Hofiandrisch / wenn du wieder den Menschen sündigest / oder wider den Vater und Sohne / so könnte dir vergeben werden / die weil du aber wider den Heiligen Geist sündigest / so kan dir nimmermehr vergeben werden. Verum (1) nulla datur ejusmodi *habitatio DEI*, quæ vere sit *essentialis*, in homine, quod alibi satis evidenter demonstratur. (2) nec homine per *justitiam essentialem DEI*, nec per *essentialem inhabitationem* justificantur, sed potius per *Christi justitiam*, sive nobis peccatoribus *imputatam*, justificatio vera contingit. Rom. III. 24. seq. (3) Facile quidem largimur, quod Deus in *fidelibus*

delibus habitet non tantum quoad gratiam, neq; tantum quoad energiam, vel efficaciam, sed etiam quoad essentiam, sed propterea talis inhabitatio non statim est essentialis, nec illa formaliter justificationem ingreditur, sed potius justicorum axioma, vel privilegium dicitur, & justificationem fide collatam instar fructus conleqvitur. (4) Non omnis excussio Spiritus Sancti statim infert peccatum in Spiritum S. cum omnia peccata mortalia, contra conscientiam commissa, Spiritum Sanctum excutiant, & cum eodem consistere nequeant, neq; tamē omnia mortalia peccata pro peccatis in Spiritum S. haberi vel possunt, vel debent.

19. (VI) Neq; consistit in incredulitate, vel etiam in perseverantia peccatorum, quæ sententia Zwinglio placuit. Sic enim tom. 1. p. 97. in Explanatione Articulorum sive Conclusionum art. 55. quasi monopolium scientiæ possideat, gloriatur: De hoc magna inter Theologia Professores questio, quodnam sit peccatum in Spiritum S. Sed de hac re (quod pace eorum dixerim) ut cæci de coloribus judicant. Peccatum, quod nunquam remittitur, incredulitas est: hoc unicum peccatum est, quod Deus non remittit: Item: Ita incredulitas & perfidia est peccatum hoc, quo constrietus & captus homo damnatur. Porro Tom. 4. in c. 12. Matt. p. 94. dicit: Perseverare in peccato, non credere in Christum, impenitentem esse, peccatum est in Spiritum Sanctum. Verum (1) incredulitas generale quoddam peccatum est, sed hoc peccatum in Spiritum S. est specialissimum peccatum. (2) Omnes homines, extra Ecclesiam constituti, sive Judæi sint, sive gentiles, sive Turca, sunt increduli, num autem omnibus indifferenter peccatum in Spiritum S. adscribendum? Minime: jam superius notatum, quod peccatum in Spiritum S. extra Ecclesiam non detur, ergo nec incredulitas ejus ratio formalis esse poterit. (3) Sic etiam incredulitas in Ecclesia tribuitur omnibus infantibus, nondum baptisatis, omnibus hypocritis, omnibus voluptuariis, omnibus προσηγορις &c: quis autem hos omnes peccatores in Spiritum S. appellabit? alia nunc urgere nolumus.

20. (VII) Neq; consistit in desperatione, vel obstinatione, sicut vult Lombardus iterum l. 2. sent. dist. 43. Obstinatio, scribit, est induritia mentis in malicia pertinacia, per quam homo fit impenitens. Desp.

Desperatio est, qua quis diffidit penitus de bonitate DEI, estimans; suam malitiam divine bonitatis magnitudinem excedere, sicut Cain, qui dixit: Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Illudque v. dicitur peccatum in Spiritum S. quia Spiritus S. est amor Patris & Filij, & benignitas, qua se invicem, & nos diligunt, qua tanta est, cujus finis non est. Recte ergo in Spiritum S. delinquere dicuntur, qui suam malitiam DEI bonitatem superare putant, & ideo penitentiam non assumunt: & qui iniquitati tam pertinaciter inhaerent, ut eam nunquam relinquere proponant. Verum (1) desperatio & obstinatio magis dicuntur esse peccata vite, quam doctrinae, magis morum, quam dogmatum; jam autem peccatum in Spiritum Sanctum potissimum est doctrinale, circa veritatem caelestem, peccatum. (2) Neque Cainus peccatum in Spiritum S. commisit, cum illud nec à priori, nec à posteriori, convenienter eidem tribui possit: non illud, quia fratricidium, vel homicidium erat, non autem peccatum in Spiritum S. neque hoc, quia defecit non quoad veritatis vel cognitionem, vel approbationem, sed quoad fiducialem applicationem, sicut historia Caini testatur. (3) Notum est, quod multi peccatorum obstinatorum, & ipsi desperabundi quoque, convertantur, & à tentationibus eripiantur, ac in viam reducantur, sicut ex Augustino Lombardus ipse d. l. notat; peccatum autem in Spiritum, tanquam irremissibile peccatum, nullam conversionem admittit.

21. (IX) Neque consistit in omnibus erroribus contra Spiritum Sanctum, vel quoad essentiam, vel quoad personam, vel quoad officium, vel quoad beneficia, directis, sicut nonnulli voluerunt. Nam hac ratione Christus potius Sadduceos, qui negabant Spiritum, quam Phariseos, hujus peccati reos egisset. Et in Ecclesia veteri tum Macedoniani, tum Eunomiani, tum alii, qui tales errores fovebant, omnes reatum hujus peccati contraxissent, cum tamen eorum plerique conversi sint, sicut Chrysostomus testatur, quod Eunomianorum nonnulli quotidie reversi sint ad Ecclesiae gremium; Peccatum autem in Spiritum Sanctum simpliciter dicitur irremissibile; neque peccatum hoc tam circa Spiritum S. personam, vel essentiam, dicitur errare, quam contra functionem, vel operationem ejus peccare.

22. (IX)

22. (IX) Neq; consistit in *quavis Christianorum semel baptizatorum post baptismum transgressione*, sicut olim *Novatiani* statuerunt, qv̄l, teste *Hieronimo*, denegarunt *Christianis baptizatis lapsis remissionem peccatorum*, quia putarunt, omnes *Christianorum lapsus esse peccata in Spiritum Sanctum*. Sed hic error jam olim à Patribus refutatus est. Vid. *Hieron. Epist. 41.* & alii passim. Et certe *Petrus* baptifatus fuit, *Christum* tamen vice trina dicitur abnegasse. *Christus* etiam non tam de *baptizatis*, quam de *Phariseis* loquitur, quando peccatum in Spiritum Sanctum apud Evangelistas, *Matthaeum, Marcum, & Lucam*, introducit & exponit.

23. (X) Neq; consistit in *quavis inexcusabili post baptismum prevaricatione*, quæ sententia modernorum *Photinianorum* est, qui veterum *Novatianorum* vestigia legunt, dum in libell: *German.* cujus titulus est: *Examen welche die sind / die da verleugnen Jesum den Herrn* (cujus autor à nonnullis dictus est *Johannes Radeke, Syndicus* quondam *Dantiscanus*), in quo contendunt, peccatum in Spiritum Sanctum, seu irremissibile, esse quodcunq; inexcusabile delictum, post baptismum à nobis patratum. Verum hac ratione *Petrus* omnino peccasset in Spiritum Sanctum, quia nullo modo flagitium abnegationis, post baptismum tempore passionis commissum, excusari potest. Et quis ignorat, etiam lapsus *Christianorum* baptifatorum inexcusabiles, quorum tamen remissio, juxta praxin Ecclesiasticam, omnibus temporibus dispensata fuit. Superius etiam jam aliquoties monitum, quod peccatum in Spiritum Sanctum non tam contra pietatem, quam contra veritatem delinquat.

24. (XI) Neq; consistit in *omnibus illis peccatis, quæ contra DEi legem ab hominibus post baptismum admittuntur*, quæ sententia fuit *Origenianorum*. Nam *Origenes* urget hanc rationem: quia Pater sit in omnibus rebus, etiam ratione carentibus: Filius in solis rationalibus, etiam si *Ethnici* sint; Spiritus Sanctus verò in solis regeneratis. Cum igitur peccent homines in illam personam divinam, quæ ipsos inhabitet; hinc sequitur, quod peccata *Ethnicorum* sint in Patrem, aut Filium: peccata verò *Christianorum* in Spiritum Sanctum: & proinde sint incondonabiles culpa. Verum hæc

Hæc ratio non adeo magni ponderis, cum *Pater* non modo, sed etiam *Filius & Spiritus Sanctus*, tanquam verus Deus, sit in omnibus rebus: nec de *Filio* solo dici potest, quod sit in solis rationalibus, cum idem etiam de *Patre & Spiritu Sancto* concedendum sit. Et quod in regeneratis sit solus *Spiritus Sanctus*, contra manifesta scripturæ loca militat *Job. XIV. 23.* ubi Christus manifestis verbis dicit: *Ego & Pater veniemus ad eum, & mansionem apud ipsum faciemus*: sic fideles non sibi, vel in se, sed potius Christus fide dicitur in ipsis vivere *Gal. II. 20.* Præterea non semel jam demonstratum est, quod peccatum in Spiritum Sanctum non tam sit legis, quam *Evangelij*, quodq; committatur adversus *Evangelicam veritatem*, non adversus *legalem pietatem*, quod consistat in *blasphemiam cum abnegatione, tum finali oppugnatione dogmatum*, non autem in *omissione, seu violatione virtutum*. Hinc etiam jam suo tempore *B. Athanas. in Origene, Theognosto, & aliis*, hunc errorem notavit atq; refutavit.

25. (XII) Neq; consistit in *negatione divinitatis Christi*, quasi Christus *Pbariseis*, Deitatem Christi negantibus, hoc peccatum propterea tribuerit, quæ fuit *Hilarij, & aliorum opinio*, quasi peccatum in Filium hominis committatur adversus humanitatem, & peccatum in Spiritum S. contra Divinitatem Christi. Sic enim scribit *Hilar. in Matt. Pbariseorum sententiam, & aliorum, qui cum his sentiunt, perversitatem, se verissima definitione condemnat, peccatorum omnium veniam promittens, & blasphemiam Spiritus abnegans indulgentiam*. Nam cum cetera dicta, gestaq; liberali venia relaxentur, caret misericordia, si Deus negetur in Christo, & in quo sine venia peccator benevolentiam iteratæ admonitionis impendit, omnino peccata cujusq; generis remittenda, blasphemiam in Spiritum S. non remittendam. Quid enim tam extra veniam est, quam in Christo negare, quod *DEI* sit, & consistentem in Deo paterni Spiritus substantiam adimere: cum in Spiritu *DEI* omne opus consummet, & in se sit regnum calorum, & in eo Deus sit, mundum reconcilians sibi? Ergo quicquid contumelia exhibuerit in Christo, id omne stabit in Deo, quia in Christo Deus, & Christus in Deo est. Verum olim quamplurimi hæretici veram Christi *DEI-*
tatem

C

tatem

tatem inficiati sunt, neq; tamen omnes hujus peccati sunt convicti: quemadmodum adhuc hodie Neophotiniani Christi DEltatem negant, quos tamen promiscuè peccatores in Spiritum Sanctum appellare non licet. Deinde certum est, quod multi DEltatis Christi hostes verè conversi sint, quomodo proinde peccatum in Spiritum S. ipsis tribui potuerit, non apparet, cum hoc revera sit irremissibile.

26. (XIII) Neq; consistit in finali impenitentia, quæ sententia communiter Augustino tribuitur, ut patet ex *Enchirid.* cap. 83. lib. de *fid. ad Petrum* c. 3. lib. de vera & fals. rel. c. 4. serm. 11. de Verb. Dom. Alij tamen Augustinum excusant, ex quibus Aretium in *Loc. Comm.* 119. p. 54. placet audire: *Perspicuum est, inquit, committi peccatum hoc ab ijs, qui veritatem agnitam impugnant: & sic impugnant, ut in perditione aperiatur. Id dixit Augustinus finalem Impenitentiam. Nec Augustino obstat, quod Christus inquit, in hoc seculo non remitti. Non negat Augustinus, in hac vita committi: sed ait, finaliter committi. Et quod ad finem usq; vita committitur, id utiq; committi solet. Sed illud asserit Augustinus, non esse nostrum, de eo facile judicare, ut sub specie peccati in Spiritum S. velimus penitentiam etiam negare lapsis, ideoq; iudicium nostrum suspensum esse vult, usq; ad reprobi mortem. Hinc illa Augustini pia sententia: Sed ista impenitentia, vel cor impenitens, quamdiu quis in hac carne vivit, non potest judicari. De nullo desperandum est, quamdiu patientia DEl ad penitentiam adducit, nec de hac vita rapit impium, qui non mortem vult impij, sed ut revertatur, & vivat. Paganus est hodie, unde scis, utrum sit futurus crastino Christianus? Judeus infidelis est hodie, quid si cras credit in Christum? Hæreticus est hodie: quid si cras sequitur Catholicam veritatem? Schismaticus est hodie, quid si cras amplectatur catholicam pacem? Quid sists, quos in quocunq; genere erroris notas, & tanquam desperatissimos damnas, antequam finiatur istam vitam, agant penitentiam, & inveniant veram vitam in futuro? Sic scribit etiam Epist. 50. non esse desperandum de his, qui sunt adhuc in corpore. Quare in hac vita committitur, & est irremissibile in illis ipsis, quid committunt, & tamen nobis de his non facile constat. Longanimis est Deus, docet ergo nos tardos esse ad condemnandum, & speremus meliora non judicemus quemquam ante tempus.*

tempus Alij B. Augustino diversas de hoc peccato sententias tribuunt. Ut alios taceam, Maldonat⁹ in Matt. XII scribit: Augustin⁹ dnotavit, non de omni peccati in Spiritum S. genere Christum hic agere, sed de eo tantum, quod in contumeliosis consistit verbis: hoc n. blasphemia nomen significat, ut statim v. 32. explicatur: Quicumq; dixerit Verbum. Tamen si quing; diversis in locis diversas opiniones secutus est. Aliàs dicit, peccatum in Spiritum S. esse finale, quã vocant, impenitentiam, ut hũ in locis lib. de fide ad Petrum c. 3. lib. de vera & falsa relig. e. 4. Serm. 11. de verb. Dom. Alias in Spiritum S. peccare, qui in Ecclesia remitti peccata non credens, contemnit tantam divini muneris largitatem, & in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, ut alibi Enebirid. c. 83. Alias per malitiam & invidiam fraternã oppugnare charitatem post acceptam gratiã Spiritus S. lib. 1. de sermon. Dom. in monte. Alias, peccatum in Spiritum S. esse desperationẽ indulgentiã DEI: in Comm. inchoatis Epist. ad Rom. quem Bacchiarius ejusdem autor etatis in Epist. de recipiendis lapsis, secutus est. Ex quibus nulla blasphemia est, nec sunt verba, sed facta. Alias propius ad veritatem in quest. ex utroq; Test. quest. 102. scienter opera Spiritus Sancti Dæmoni tribuere. Unde Vulgaris Theologorum opinio nata, sex peccati in Spiritum S. genera ponentium, finalem Impenitentiam, Desperationem, Obstinationem in malo, scienter veritatem impugnare, presumptionem, & fraternæ charitatis invidiam. Verum de Augustini sententia nihil hoc loco solliciti sumus, hoc saltem monemus, in finali impenitentia rationem peccati in Spiritum S. formalem non consistere (1) quia finalis impenitentia datur in omnibus extra Ecclesiam viventibus, & sine fide decedentibus. (2) quia finalis impenitentia reperitur in omnibus hypocritis, in hypocrisi ad finem usq; vitæ perseverantibus. (3) quia finalis impenitentia datur in omnibus *περσοκαίροις* &c: jam autem de his universis minime dici vel potest, vel debet, quod omnes & singuli peccatores in Spiritum Sanctum sint dicendi.

27. (XIV.) Nec consistit in simplici veritatis negatione, & confessorum veritatis persecutione, sicut Piscator in c XII. Matt. obs. 24. simpliciter hoc peccatũ definit per veritatis, à Spiritu S. patefacta, negationem, & confessorum ejusdem odium atq; persecutionem.

Verum hæc definitio multis modis est imperfecta, tum ratione *principij*, quia nullam *et* *en* *g* *o* *i* *s* mentionem facit: tum ratione *subjecti*, quia *reprobos* absolute tales saltem peccatum in Spiritum S. committere statuit, ut alibi mentem suam exponit: tum ratione *requisitorum formalium*, vel *essentialium*, quæ neutiqvam plene recensentur: licet idem *Piscator* alibi pleniorẽ hujus peccati *descriptionem* proposuerit *volum. II. disp. Theol. d. 7. th. 65. p. 153. Peccatum in Spiritu S. est blasphemia perpetua agnitæ veritatis, nempe cum reprobi contra conscientiam per fide deficientes, à veritate agnitæ, malitiose & pertinaciter eam abnegant, calumniantur, damnant & persequuntur*: ubi clætra dubium absolute *reprobos* intelligit, quales tamen nec juxta *scripturam*, nec juxta *fidei analogiam*, *Calvinianis* minime concedi possunt.

28. (XV.) Neq; consistit simpliciter in *totali apostasia* respectu *totius fidei*, vel *religionis Christianæ*, vel in *plenaria totius fidei Christianæ abnegatione*. Nam aliud est *apostasia*, aliud verò *peccatum in Spiritum Sanctum*: *apostasia* dicit unum *requisitum essentialẽ*, non simpliciter infert *omnia requisita essentialia* hujus peccati: neq; *peccatum in Spiritum S.* committitur demum, quando quis omnes & singulos articulos *fidei Christianæ* post agnitionem & illuminationem abnegat, oppugnat, & finaliter blasphemat, sed hoc etiam committi potest, quando quis contra unum, vel alterum *fidei Christianæ* principale articulum sic delinqvit, id quod vel ex *Phariseorum* in Spiritum S. peccantium exemplis demonstrari satis evidenter potest.

29. (XVI.) Neq; consistit *immediate*, seu *formaliter*, in *irremissibilitate*, quod à nonnullis intenditur. Verum equidem est, quod peccatum in Spiritum Sanctum sit *irremissibile*, & *irremissibile* peccatum est in Spiritum Sanctum peccatum, cum *irremissibilitas* sit *immediatum, necessarium, intrinsecum, perpetuum, adequatum* hujus peccati *proprium*, quod naturam hujus peccati non parum illustrat, & manifestat: ipsa tamen ratio formalis hujus peccati neutiqvam in hac *irremissibilitate* consistit, (1) quia *irremissibilitas* non tam absolute ratione sui, quam relative, ratione condonationis denegatæ, vel etiam ratione DEI, huic peccato competit. (2)
quia

quia proprium est: proprium autem accurate loquendo non est forma, sed potius à forma progreditur. (3) quia hæc irremissibilitas est consequens: consequens autem, & constituens, formaliter unum & idem esse nequeunt, quia consequens necessario præsupponit omne constituens. (4) quia Christus ipse peccatum in Spiritum Sanctum ab irremissibilitate distingvit, prout ex locis classicis accurate ponderatis, cuilibet apparet.

30. (XVII.) Neq; consistit hoc peccatum formaliter in variorum specierum complexu, prout communiter Scholastici statuunt. Vid. Thom. 2.2. q. 14. art. 2. ubi hanc tuetur conclusionem: Sex sunt peccati in Spiritum Sanctum species: Desperatio, presumptio, Impenitentia, obstinatio, Impugnatio veritatis agnitæ, Invidentia fraternæ gratiæ. Hanc suam conclusionem sequenti modo defendit: Dicendum, quod secundum quod peccatum in Spiritum S. tertio modo (vid. supra tb. 15.) accipitur, convenienter prædictæ species ei assignantur, quæ distinguuntur secundum remotionem, vel contemptum eorum, per quos potest homo ab electione peccati impediri. Quæ quidem sunt vel ex parte divini iudicij, vel ex parte donorum ipsius, vel etiam ex parte ipsius peccati. Avertitur n. homo ab electione peccati ex consideratione divini iudicij, quod habet iustitiam cum misericordia: & per spem, quæ consurgit, ex consideratione misericordiæ remittentis peccata, & præmiantis bona. Et hæc tollitur per desperationem. Et iterum per timorem, quæ consurgit ex consideratione divinæ iustitiæ punientis peccata. Et hæc tollitur per presumptionem, dum scilicet aliquis præsumit, se gloriam posse adipisci sine meritis, vel veniam sine penitentia. Dona a DEI, quibus retrahimur à peccato, sunt duo: quorum unum est agnitio veritatis, contra quod ponitur impugnatio veritatis agnitæ, dum scilicet aliquis non solum invidet personæ fratris, sed etiam invidet gratiæ DEI, crescenti in mundo. Ex parte v. peccati duo sunt, quæ hominem à peccato retrahere possunt. Quorum unum est inordinatio & turpitudò actus, cuius consideratio inducere solet in homine penitentiam de peccato commisso. Et contra hoc ponitur impenitentia, non quidem eo modo, quo dicit permanentiam in peccato usq; ad mortem: sicut supra impenitentia accipiebatur (sic n. non esset speciale peccatum, sed quædam peccati circumstantia) sed accipitur hic impenitentia, secundum quod importat propositum hoc

G 3

rum hoc

um non penitendi. Aliud a. est parvitas & brevitatis boni, quod quis in peccato quaerit, secundum illud Rom. 9. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Cujus consideratio inducere solet hominem ad hoc, quod ejus voluntas in peccato non firmetur. Ee hoc collitur per obstinationem: quando scilicet homo firmat suum propositum in hoc, quod peccato inhereat. Et de his duobus dicitur Jer. 8. Nullus est, qui agat penitentiam super peccato suo dicens: Quid feci? quantum ad primum. Omnes conversi sunt ad cursum, quasi equus impetu vadens ad praelium. In hoc Thomae discursu plurima notari, vel desiderari possent, sed modo chartarum angustia id prohibet. Hoc unicum saltem adducimus, quod ipse Thomas fundamenti loco conclusioni suae praemittat, diversas B. Augustini assertiones, vel hujus peccati considerationes, sive relationes. Nam postquam, dubia contra sententiam hanc introduxerat, quae tamen postea resolve vere conatur, mox addit. Sed contra est, quod August. dicit in lib. de fid. ad Petr. c. 3. quod illi, qui desperant de indulgentia peccatorum, vel qui sine meritis de misericordia praesumunt, peccant in Spiritum S. Et in Enchir. c. 82. dicit, quod qui in obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est peccati in Spiritum S. Et in lib. de Verb. Dom. serm. 11. dicit, quod impenitentia est peccatum in Spiritum S. Et in lib. de serm. Dom. in monte c. 44. dicit, quod invidia facibus fraternitatem propugnare, est peccatum in Spiritum S. Et in lib. de Univ. bapt. dicit, quod qui veritatem contemnit, aut circa fratres malignus est, quibus veritas revelatur, aut circa Deum ingratus, cujus inspiratione Ecclesia instruitur, & sic videtur, quod peccet in Spiritum S. Verum ficulneum hoc est tegumentum, vel potius lubricum fundamentum. Non omnes assertiones, vel explicationes, vel applicationes, vel relationes, sunt formales rationes, seu verae definitiones.

31. (XIIIX) Neque consistit in peccato non excusabili, quod ea ratione distingvatur à peccato in Filium hominis, quod hoc excusationem coram hominibus inveniat, illud autem omnem excusationem respuat, quam sententiam B. Brentius Comm. in Matth. XII. Marc. III. Luc. XII. suam facere videtur. Verum B. Brentius peccatum in Spiritum S. restricte, quoad certa loca, certa subiecta, certa verba, vel facta, considerat, sicut dilerte scribit: Peccatum

in

*in Spiritum S. HOC LOCO dicitur calumnia illa, qua Pharisaei mani-
 festa malitia tribuebant opus Spiritus Sancti Spiritui maligno. Mani-
 festam enim est, & luce meridiana clarius, quod Christus ejicias
 Demones, non adjutorio mali Spiritus, sed boni, & sancti Spiritus:
 neq; enim fieri potuit, ut Damon Demone expelleretur. Itaq; Pharisaei
 calumnia sua ita peccabant, ut nullam prorsus haberent vel coram
 Deo, vel coram hominib; peccati sui excusationem. Quod si HOC MO-
 DO de peccato in Spiritum S. loquendum est, tunc ea, dicuntur peccata
 in Spiritum S. quae sunt tam manifeste scelerata, ut non solum non pos-
 sint coram judicio DEI, sed nec coram judicio hominum defendi & c:
 Sic igitur B. Brentius ad certos respectus, ad certas restrictiones, po-
 tissimum suas meditationes direxit. Sicut p. 279. concludit: Ha-
 bes, quod (nim. hoc in loco, hoc modo &c:) sit discrimen inter
 peccatum in hominem, seu Filium hominis, & inter peccatum in Spiri-
 tum S. videl. quod etsi utrumq; sit vere peccatum coram Deo, alterum
 tamen habet excusationem coram humano judicio, alterum nullam
 habet excusationem, nec coram divino, nec coram humano judicio. &c:
 Si verò causam hanc absolute considerare velimus, certum est,
 quod ratio formalis, vel etiam natura peccati in Spiritum S. neuti-
 quam in eo consistat, quod nullam excusationem mereatur. Nam
 coram divino judicio nullum peccatum excusationem meretur:
 coram humano judicio nulla graviora scelera, vel proæretica pec-
 cata justam excusationem merentur. De his tamen universis, &
 singulis, minime dici potest, quod in omnibus peccatum in Spiri-
 tum S. reperiatur. Plura quidem ex Autoribus vel contraria, vel
 aliena, seu diversa, veritati revelatae minus consentanea, colligere
 possemus, sed quia plura nunc adferre, disputationis praesentis de-
 finita magnitudo non admittit, ideò jam allegatis erimus contena-
 ti, & pauca saltem, tribus verbis, quoad reccatum, & in S. L. funda-
 tam orthodoxian, de formalitate Peccati in Spiritum Sanctum
 notabimus, quam ex oraculis authenticis & fundamentalibus ali-
 bi satis evidenter demonstravimus, & alias non semel declara-
 vimus.*

32. Hac vice saltem nonnulla producimur(1) quod pecca-
 um hoc, tanquam monstrum monstrorum, ex plurimis actibus, vel
 gradibus

gradibus, aut respectibus, sit conflatum. (2) quod ad formalem rationem, minime sufficiat, unum, vel alterum actum formalem posuisse. (3) quod si recte, pleneq; de peccato in Spiritum Sanctum judicare velimus, omnes actus esse conjungendos, non autem ullatenus divellendos. Communis sit consensus

33. Pertinet igitur ad formam hujus peccati constituendam & absolvendam (1) Evangelicæ veritatis evidens agnitio Heb. VI. 4. 5. X. 26. (2) Agnitæ veritatis approbatio Heb. VI. 4. (3) Approbatæ veritatis abnegatio Luc. XII. 9. 10. (4) Voluntaria, eaq; plenaria defectio, vel apostasia Heb. VI. 5. (5) Abnegatæ veritatis oppugnatio, quod ex Phariseorum exemplo liquet, cum primis quia cum nova Christi crucifixione conjuncta Heb. VI. 6. (6) Oppugnatæ veritatis blasphematio, quia κατ' ἐξοχήν blasphemia nuncupatur Matt. XII. 30. Marc. III. 29. Luc. XII. 10. (7) αὐτοκατακρίσις, proprio judicio facta condemnatio, quo respicit illud Tit. III. 11. quia peccatores in Spiritum Sanctum, dum ex certa notitia, plena voluntate, deliberatoq; consilio peccant, verè dicuntur αὐτοκατακρίστοι. (8) Omnium meritorum, & mediorum salutis repudiatio Heb. X. 29. (9) Finalis in hac blasphemia perduratio, vel usq; ad finem vitæ continuatio, cum impossibilis sit horum peccatorum conversio Heb. VI. 4. verèq; sit & maneat peccatum ad mortem I. Job. V. 16. ita ut nec in hoc, nec in futuro seculo, teste Christo Matt. XII. 30. 31. Marc. III. 29. Luc. XII. 10. remittatur. Hæc modo de Forma peccati in Spiritum Sanctum sufficiant. Nihil addimus, sed devoto pectore saltetm dicimus.

SOLI DEO GLORIA!

Col. Diss. A. 162, uisc. 9